

videatur ut pro in quo dicitur in eo, certè hoc nulli perito durum videri debet ut non in quo, sed in quantum, id est, quanti, dicamus, et sit potius admirantis quam floccipendens (sic enim sæpè accipitur meli Hebræum), q. d. : *Cavete vobis ab homine qui, sicut alii homines, spirat; sed quanti estimandus est? vel, sed quanti pro vestro iudicio faciendus est? Etsi enim mortalis est, mirum quanti illum facere deberetis? Simul enim Deus est, ille, inquam, Deus qui auferet ab Jerusalem, etc.* Pio zelo, ô christiane lector, commotus contra incredulos Judæos et judaizantes Christianos, qui Christi Domini gloriam ob suam oscitantiam et in Scripturis evolendis, conferendis atque exponendis negligentiam obscurant, illa tantum afferentes atque admirantes quæ impit et indocti Rabbini probant, hoc loco paulò diffusior fui quàm consueverim, nequaquam id alibi facturus quàm ubi gloria Christi Domini id ipsam postulaverit. De voce tamen *neshamah* aliquid dicendum videtur; quod nomen à verbo *nascham*, id est, *anhelavit, anhelitum emisit*, deductum voluit; estque idem quod Græcis *πνέω*, de quo Gen. 2: *Inspiravit in naves ejus halitum vite*, que duo conjunctim posita Paulus, Act. 17, divisim et per diæresin jucundo Græcarum vocum

CAPUT III.

1. Ecce enim dominator Dominus exercituum auferet à Jerusalem et à Judâ validum et fortem, omne robur panis, et omne robur aque;
2. Fortem et virum bellatorem, judicem et prophetam, et ariolum et senem;
3. Principem super quinquaginta, et honorabilem vultu, et consiliarium, et sapientem de architectis, et prudentem eloqui mystici.
4. Et dabo pueros principes eorum, et effeminati dominabuntur eis.
5. Et irruet populus, vir ad virum, et unusquisque ad proximum suum; tumultuabitur puer contra senem, et ignobilis contra nobilem.
6. Apprehendet enim vir fratrem suum domesticum patris sui: Vestimentum tibi est, princeps esto noster: ruina autem hæc sub manu tuâ;
7. Respondet in die illâ, dicens: Non sum medicus, et in domo meâ non est panis, neque vestimentum: nolite constituere me principem populi.
8. Ruit enim Jerusalem, et Judas cecidit, quia lingua eorum et adventiones eorum contra Dominum, ut provocarent oculos majestatis ejus.
9. Agnitio vultus eorum respondit eis: et peccatum suum quasi Sodoma prædicaverunt, nec absconderunt: vae anime eorum, quoniam reddita sunt eis mala.
10. Dicitè justo quoniam benè, quoniam fructum adventionem suarum comedit.
11. Vae impio in malum: retributio enim manuum ejus fiet ei.
12. Populum meum exatores sui spoliaverunt, et mulieres dominate sunt eis. Populus meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, et viam gressum tuorum dissipant.

concentu elocutus est, ubi inquit: *Cùm ipse det omnibus *זכר וזכר*, id est, vitam et halitum, neque re differt à ruah. Potest nihilominus deduci à verbo *schaman*, id est, afflatus et abominatio dignum fuit, de quo supra 1, 7. Inde nomen *neshamah*, Jer. 11, et Psal. 69, habitatio eorum afflatus, ubi Vulg. ex Græco *deserta*, et aliis locis. Dicitur autem hoc nomen tam de ipso flatu quo rem abominamur, quàm de ipsâ re afflabilis, aut super quam (vel quam) *exsufflamus sive exsibilamus per contemptum, vel præ admiratione*. Abjctis ergo punctis, hic sensus neque contentendus in his verbis latet: *Cavete vobis ab homine, in cujus irâ est afflatio*, id est, desolandi vis; vel, in cujus naso est afflatio, indignationis scilicet et abominatiõis (sicut Deut. 29: *Fumabit tunc nasus Jehova*. *נש* enim primò *nasum*, deinde *iram*, que in naso apparet, significat); nam in eo magnum momentum atque pondus habet ipse status, et plurimî faciendus est, neque contentendus: *vae enim illi in quem sufflaverit, vel quem abominatus fuerit*. Et sic quæ sequuntur, optimè conveniunt: qui enim nihil fecerant afflatum ejus, eis evenerunt quæ proximo capite sequuntur. Vide vers. 8.*

CHAPITRE III.

1. Car le dominateur, le Seigneur des armées va ôter de Jerusalem et de Juda le courage et la vigueur, toute la force du pain, et toute la force de l'eau;
2. Tous les gens de cœur et tous les hommes de guerre, tous les juges, les prophètes, les devins et les vieillards;
3. Les capitaines de cinquante hommes, les personnes d'un visage vénérable, les hommes de bon conseil, les experts en architecture, les hommes qui ont l'intelligence de la parole mystique.
4. Et je leur donnerai des enfants pour princes, et des effeminés les domineront.
5. Tout le peuple sera en tumulte: l'homme se déclarera contre l'homme, et l'ami contre l'ami; l'enfant se soulèvera contre le vieillard, et les derniers du peuple contre les nobles.
6. Chacun insistera auprès de son propre frère, né dans la maison de son père: Vous êtes riches en vêtements, soyez notre prince, et soutenez de votre main cette ruine qui nous menace.
7. Il répondra alors: Je ne suis point capable de remédier à de si grands maux; il n'y a point de pain ni de vêtements dans ma maison; ne m'établissez point prince du peuple.
8. Car Jerusalem va tomber, et Juda est près de sa ruine, parce que leurs paroles et leurs œuvres se sont élevées contre le Seigneur, pour irriter les yeux de sa majesté.
9. L'impudence même de leur visage rend témoignage contre eux; ils ont publié hautement leur péché comme Sodome, et ils ne l'ont point caché. Malheur à eux, parce que Dieu leur a rendu le mal qu'ils s'étaient attiré.
10. Mais dites au juste qu'il espère bien, parce qu'il recueillera le fruit de ses œuvres.
11. Malheur à l'impie qui ne pense qu'au mal, parce qu'il sera puni selon la mesure de ses crimes.
12. Mon peuple a été dépeuplé par ses tyrans, et des femmes les ont dominés. Non penne, ceux qui vous disent bienheureux, vous séduisent, et ils rompent le chemin par où vous devez marcher.

15. Stat ad judicandum Dominus, et stat ad judicandos populos.
16. Dominus ad judicium veniet cum senibus populi sui, et principibus ejus: vos enim depasti estis vineam, et rapina pauperis in domo vestra.
15. Quare atheritis populum meum, et facies pauperum commolitis? dicit Dominus Deus exercituum.
16. Et dixit Dominus: Pro eo quòd elevatae sunt filiae Sion, et ambulaverunt extento collo, et nubibus oculorum ibant, et plaudabant, ambulabant pedibus suis, et composito gradu incelebant:
17. Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, et Dominus crimem earum nudabit.
18. In die illâ auferet Dominus ornamentum calcamentorum, et lunulas.
19. Et torques, et monilia, et armillas, et mitras,
20. Et discriminalia, et periscelidas, et murenulas, et olfactoriola, et inaures,
21. Et annulos, et gemmas in fronte pendentes,
22. Et mutatoria, et palliola, et linteamina, et acus,
25. Et specula, et sindones, et vittas, et theristra,
24. Et erit pro suavi odore fetor, et pro zonâ funiculus, et pro crispanti crine calvitium, et pro fasciâ pectorali cilicium.
25. Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, et fortes tui in proelio.
26. Et morebunt atque lugebunt portæ ejus, et desolata in terrâ sedebit.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ROBUR PANIS, etc. *Schaan* in primâ tantum legitur bellum, quid futurum sit nemo ignorat. Per *judicem magistratus, per prophetas eos* per quos Deus suam voluntatem significare consueverat, et qui in angustiis consolabantur populum, et nonnunquam in rebus afflictis et desperatis, quid factu opus esset, ne perirent, prædicabant. Lege *Jeremiam*. Per *divinos autem et senes*, eos qui longâ rerum experientiâ atque prudentiâ, circumstantiis omnibus inter sese collatis, quando non est propheta aut princeps, solent aliis consulere, et mutò exhortari ad munus suum exsequendum tam in pace quàm in bello, tamque in tranquillâ et prosperâ quàm in adversis rebus. Est autem *Nabi, propheta*, à verbo *bo, venit*: quo nomine dicebatur qui immediatè ad eò excitabatur, ut quod ei divinitus revelatum esset, aliis venturum sui faciendum nuntiaret. Magna autem fuit semper prophetarum non modò in Ecclesiâ Dei, verum etiam apud gentes gloria et reverentia, quia Deus hujusmodi personam subinde novis signis et mirabilibus prodigiis clarere volebat, et ornat, quibus vocatio ipsius et verbum confirmaretur. Olim dicebatur *Videns*. Vide 1 Sam. 9; et 1 Par. 29, ponuntur tria nomina quasi synonyma, et Samuel dicitur *roch, videns, Nathan, nabi, propheta*, et *Gad kore, providens*. Deinde abusive *propheta* nomen ad quosvis divinæ voluntatis interpretes accomodatam est, Exod. 7, etc. Populus autem ille prophetis semper abundavit. Unde inter

VERS. 2. — FORTEM, *Gibor, heroem, gigantem, praevalidum significat, nempe eum qui aliis virtute præstat, etc.*; unde hic pro *duce in bello*, accipio. Virum

(1) AUferet à JERUSALEM. Immettet, inquit Propheta, Dominus magnam lamentationem Jerusalemitanis et Judæis Christum non recipientibus. Eritque tandem in illo populo tam seva clades, ut amissuri sint omnes fortes viros, prophetas, judices, etc. Ubi manifesta est de Christo Prophetia; de quo dictum sit: *Non auferetur scriptum, etc.* Hic videt judices et primates in ejus adventu auferri.

(Clarius.)

13. Le Seigneur est prêt à juger; il est prêt à juger les peuples.
14. Le Seigneur entrera en jugement avec les anciens et les princes de son peuple, parce que vous avez ravagé sa vigne, et vos maisons sont pleines de la dépouille du pauvre.
15. Pourquoi foulez-vous aux pieds mon peuple? Pourquoi meurtrissez-vous le visage des pauvres? dit le Seigneur Dieu des armées.
16. Le Seigneur a dit encore: Parce que les filles de Sion se sont élevées d'orgueil, qu'elles ont marché la tête haute en faisant des signes des yeux et des gestes des mains, qu'elles ont mesuré tous leurs pas et étudié toutes leurs démarches.
17. Le Seigneur rendra chauve la tête des filles de Sion; il arrachera tous leurs cheveux.
18. En ce jour-là, le Seigneur leur ôtera leurs chausures magnifiques, leurs croissans,
19. Leurs colliers, leurs filets de perles, leurs bracelets, leurs coiffes,
20. Leurs rubans de cheveux, leurs jarretières, leurs chaînes d'or, leurs boîtes de parfums, leurs pendants d'oreilles,
21. Leurs bagues, leurs pierreries qui leur pendent sur le front,
22. Leurs robes magnifiques, leurs écharpes, leurs beaux linges et leurs aiguilles,
25. Leurs miroirs leurs chemises de grand prix, leurs bandeaux, et les habillemens légers qu'elles portent en été;
24. Et leur parfum sera changé en puanteur, leur ceinture en une corde, leurs cheveux frisés en une tête nue et sans cheveux, et leurs riches corps de jupes en un cilice.
25. De même les hommes les mieux faits parmi vous seront passés au fil de l'épée, et vos plus braves périront dans le combat.
26. Les portes de Sion seront dans le deuil et dans les larmes, et elle s'assiéra sur la terre toute désolée.

autem belli militem vocat. *Ablato ergo duce et milite, si ingratum bellum, quid futurum sit nemo ignorat. Per judicem magistratus, per prophetas eos* per quos Deus suam voluntatem significare consueverat, et qui in angustiis consolabantur populum, et nonnunquam in rebus afflictis et desperatis, quid factu opus esset, ne perirent, prædicabant. Lege *Jeremiam*. Per *divinos autem et senes*, eos qui longâ rerum experientiâ atque prudentiâ, circumstantiis omnibus inter sese collatis, quando non est propheta aut princeps, solent aliis consulere, et mutò exhortari ad munus suum exsequendum tam in pace quàm in bello, tamque in tranquillâ et prosperâ quàm in adversis rebus. Est autem *Nabi, propheta*, à verbo *bo, venit*: quo nomine dicebatur qui immediatè ad eò excitabatur, ut quod ei divinitus revelatum esset, aliis venturum sui faciendum nuntiaret. Magna autem fuit semper prophetarum non modò in Ecclesiâ Dei, verum etiam apud gentes gloria et reverentia, quia Deus hujusmodi personam subinde novis signis et mirabilibus prodigiis clarere volebat, et ornat, quibus vocatio ipsius et verbum confirmaretur. Olim dicebatur *Videns*. Vide 1 Sam. 9; et 1 Par. 29, ponuntur tria nomina quasi synonyma, et Samuel dicitur *roch, videns, Nathan, nabi, propheta*, et *Gad kore, providens*. Deinde abusive *propheta* nomen ad quosvis divinæ voluntatis interpretes accomodatam est, Exod. 7, etc. Populus autem ille prophetis semper abundavit. Unde inter

signa abjectionis non infimum locum habebat prophetaur ablatio: *Jam non est propheta, et nos non cognoscat amplius*. Quòd si desint prudentes ac senes, male in pace, pejús in bello habebit respublica (1).

VERS. 5. — Nonsolum autem auferet principes et magistratus, sed etiam eum qui quinquaginta viris praesesse possit; erant namque ad manum regis multi ex istis quinquagenariis profectis, ut tempore Heliae; neque id solum, sed quicumque sunt aliqua auctoritate suscipiendi, vel vultu ipso praese ferunt quidquam auctoritatis, gravitatis ac dignitatis, hoc etiam removebit à civitate. Et ad cumulum miseriae, nemo erit qui inter fabros et artifices artium mechanicarum (quae in republica non parum necessariae sunt) excellat, ut praefectus esse possit alicui publico operi conficiendo. Ad haec mala, neque erit qui eloquenti et oratione, id est, facultate dicendi, excellat, aut etiam valeat ad alios persuadendos: quae tamen ars summo imperi semper domi militariaeque necessaria fuit. Neque enim suum honorem unquam amittit illa quae dicitur *flexanima oratio*, ut quae sit omnium regina rerum, ut est apud Ciceronem. Quis, quæso, status, quae forma foret republicae quae omnibus his destituta esset? Sed quando, rogo, haec completa sunt? Num in vastatione Babylonica? Nemo adeo imperitus est qui id affirmet. Certè velint, nolint Judaei haec experti sunt, postquam non abstinerunt neque caverunt sibi ab homine illo in cuius naso erat flatus, etc., ut mox explicabit. HONORABILIS VULTU. Hebr., *elevatus facie*. Notanda est phrasis. Hebraei *elevare faciem*, si de Deo dicitur, est benevolentiae et gratiae significatio; si autem de homine, ausus, audacia, impudentia et praesumptio significatur. *Levare autem faciem alterius* est suscipere, praeferre, anteferre, habere alicujus hominis rationem, respectum; quod vulgò dicitur *accipere personam*, seu *acceptio personae*: sed potius dicens *suscepit personam*, vel *vultus*. Hinc in participio *elevatus facie*, id est, qui aliis honore et dignitate praefertur, *honorabilis facie*, ut dixit Vulg., qui etiam ob egregiam quandam vultus dignitatem aliis antefertur, juxta illud: *Primi forma digna est imperio*.

PRUDENTEM ELOQUII MYSTICI. Oratoria. Hebr. *lakasch* dicitur à verbo defectivo *lakasch*, quod in primâ conjugatione non habet nisi participium *lakasch*, id est, qui ex arte et conceptis verbis causam agit, ut quod

(1) PROPHETAUR. In exilio enim Hierosolymae per Chaldaeos, inquit Sanchez, pauci fuerunt prophetae, scilicet solus Jeremias; unde Azarias ait: *Non est in hoc tempore princeps, et dux et propheta*, Daniel 5, 38. Addit Sanchez, dici quòd deerunt Prophetae, quia licet futuri essent, tamen populus eos non erat auditurus aut curaturus, perinde ac si non fuissent. Dicit enim non fuisse, quod frustra fuit, quod inutile fuit. Si enim medicina non sanet, dicimus nullum medicum fuisse; si rex sit puer aut stultus, regem non esse. Verum dico Isaiam loqui de exilio Judaeorum, non per Babylonios, sed per Romanos; tunc enim nullos habuerunt Prophetae; neque enim Jesus ille clamans continue: *Ve Hierosolymae*, teste Josepho lib. 7, Belli, c. 12. Propheta fuit, sed omen potius et portentum.

(Corn. à Lap.)

animo conceperat evincat et obtineat, ut solent facere oratores, incantatores, exorcistae, et quicumque alii qui rem aliquam ex arte exsequi aut perficere student ut persuecant. Hinc nomen ad incantationem, oratoriam, orationem, etc.; de quo etiam infra cap. 26. Quos verò gens illa bonarum artium peritos, quos magistratus unquam post vastationem illam, quos milites, quos duces, quos prophetas, sapientes aut consiliarios habuit? quae, quæso, gens bonarum artium magis inimica unquam fuit in toto orbe? cum tamen olim sapientiores, ditiores, magis industrii cæteris nationibus fuissent; adde, quòd et rei militaris gloria cæteris præstiterint. Sed quid mirum si cum Deo omnia amiserint!

VERS. 4. — PUEROS (1). Verbum *naar* propriè excussum est significat; et in hoc verbo miserè hallucinati sunt etiam Rabbinii, sicut in multis aliis. Ab hoc verbo est nomen *naar*, excussum, quo nomine Hebraei vocant puerum, seu juvenem ejus ætatis quæ jam è molliore parentum curâ excessit, et quasi à jugo gravi excussum est aut proximè excutiendum, quemadmodum olim apud Romanos sumpti virili togâ. Quare ministri hoc nomine appellantur, quod in eâ ætate ad quotidianas functiones et ministeria adhiberi soleant. Dicitur autem puer hoc nomine quoque ad eam conditionem perveniat ut incipiat esse sui juris; quantum per catachresin interdum etiam largius usurpent, id est, pro juniore, vel rudiore et ineptiore. Hoc nomine dicitur David sexdecim annos natus, 1 Sam. 17, et Absalon, 1 Sam. 18, etc. Unde quia Graecus interpres vidit hanc esse propriam significationem

(1) ET EFFEMINATI DOMINAUNTER EIS. Pro Hebraeo *parvuli*. Videtur autem *puerorum* et *parvulorum* nomine intelligi reges nullius consilii, qualis Joakin, Joachim, Sedecias. Sic et infra *mulierum* nomine intelligendi videtur viri muliebri animi. (Grotius.)

Depuis Josias jusqu'à la captivité, il y eut quatre rois dans Jérusalem, tous quatre étaient jeunes, et tous quatre eurent des inclinations d'enfants, nulli prudencia, nul conseil, nulle connaissance des affaires. Au second membre du verset, Hébreu dit plutôt des *faiseurs de vanités* que des *effeminés*. Les Septante disent des *vaillants* ou des *jeunes*. Théodotion et Armin, des *infâmes*. Le sens de la Vulgate est que les Juifs seront gouvernés par des hommes aussi faibles que des femmes, ou qui auront le caractère de femmes, ou qui donneront leur confiance à des femmes. Tous ces sens peuvent être admis, parce que les princes qui régnerent depuis Josias, eurent presque toutes ces mauvaises qualités.

On doit considérer les deux parties de ce verset. C'est communément un malheur pour l'état d'être en la main d'un enfant, parce qu'il arrive souvent que ceux qui gouvernent sans son non abusent de l'autorité qui leur a été confiée. Mais cet inconvénient n'est ni sans exception, ni sans remède, et l'on a des exemples de minorités où tout était réglé par la sagesse. La seconde partie du verset énonce un mal absolu et un fléau de la colère de Dieu. Un prince efféminé, léger, inapplicable, voluptueux, ne fera jamais le bonheur de son peuple. Il négligera tous ses devoirs, laissera subsister tous les abus, donnera l'exemple de tous les vices. Quel portrait Jérémie fait-il de Joatham, qui fut un de ces princes que Dieu laissa régner dans Jérusalem, pour la punir de ses crimes! (Berthier.)

verbi, Psal. 127 vocavit *filios excussorum* sive *excussionum*. Vocant enim Hebraei dies seu tempus *excussionis* ex curatione molliore; nos *adolescenciam* dicimus. Sumpta est autem metaphora à sagittariis, cum sagittas emittit; at hoc in loco videtur accipiendum pro sensu pueris. Nomen quoque *thaalim*, quod effeminatos veriti Vulg., quasi esset à verbo *alah*, et significatio passiva; neque malè. Verum potest quoque esse à nomine *olel*, puer, et à verbo *itheallel*, *illusit*; et putare meritò possemus significare *ludicra* seu *puerilia*. Neque est ad ætatem referendum, sed ad mores; q. d.: Qui tanquam pueri neque judicio, neque ratione, neque consiliis ac prudentiâ pollet, sed pueriliter in omnibus negotiis et rerum administratione agunt. Vide infra 66. Qualis Paulus aliquando, qui ait 1 Cor. 15: *Cum essem puer, ut puer loquebar, sentiebam, cogitabam; at ubi factus sum vir, abolevi puerilia. Vix autem terræ cujus rex puer est*, Eccles. 10. Ubi est haec vox *naar*, qui in versu sequenti opponit *filium candidorum*, id est, liberum, ingenuum, claro genere natum, hujusmodi enim albis induebantur; quod erat *ἀζωκον* ingenuorum, ac felicem dicit rempublicam, ubi isti regnant. Verum quae consecuta fuerint mala sequens versus habet. Sed prius de verbo *schamal* aliquid dicendum videtur. Plerumque construat ut hoc loco, cum casu mediante in. Gen. 4: *Ad virum tuum acclinatio tua; et ipse habebit potestatem in te*. Ad quod respiciens Paulus 1 Tim. 2, ait: *Mulier docere non permitto, neque auctoritatem usurpare in viros, sed esse in silentio*; reddidit ergo verbo *ἀδραστία*. Et de peccato: *Tu dominaberis illum*. Ad quem locum respiciens Paulus ad Rom. 6, reddidit verbo *καταδραστία*: *Peccatum in vobis non dominabitur; quòd Graecis non tantum dominari significat, sed etiam jus habere et auctoritatem*. Ex his, interprete Paulo, intelligis veri verbi.

VERS. 5. — CORRUET. Hebr., *et adactus est*. Nam verbum *nagas*, sicut cum dextro puncto *accedere*, ita cum sinistro *adigere* significat, vel ad *retribuendum debitum* et ad *solutionem aeris alieni*, vel ad *aliquid aliud operis faciendum*; simul quoque vim quandam notat; hic autem in voce passiva. Vide infra cap. 55.

VIR IN VIRUM, id est, alter adversis alterum; quod mox repetit, tanquam se exponens. Ecce quae geruntur in republicâ, à quâ auferuntur sapientes et magistratus, et dominantur juvenes et insensati! Furor, libido dominandi, avaritia, cæteraque pestes adigent populum in seipsos: non lex, non ratio locum habebit; vis et injuria omnia occupant; omnia erunt confusione plena: detrudunt juvenes sapientes et senes; ignobiles adversis juvenes insurgunt, atque prævalerunt, ut appareat malum illud de quo Eccles. 10: *Ut servi inequient, et Domini sint in conditionem servorum redacti*. Haec in Hierosolymitanâ subversione completa sunt. In his itaque versibus felicia illa tempora in memoriam revocat, quibus sub sanctissimis ac sapientissimis magistratibus in observatione divinarum legis summo ordine ac decore respublica. Judaeorum floraverat, quando Deus adeo familiaris ipsis

erat, ut etiam ad artes mechanicas Spiritum suum daret hominibus (quae nimirum absque spiritu Dei addisci poterant), quò peritiores essent; haec, inquam, revocat in mentem, ut quae causa esset tanta perturbationis animo volerent. De verbo *gabad* à quo *nikebad*, id est, *honoratus*, quod *gravem* esse significat, vide in initio cap. noni. At *nikeleh*, *vilipensus*, est à verbo *kalah*, *sicare*; quod magna cognitionem habet cum *kalah*, *levem esse*: de quo eodem loco.

VERS. 6. — Explicat quanta futura esset tum virorum tum aliarum rerum republicae necessarium inopia, ut scilicet quicumque pallio amictus inveniretur (nam *simelach* pro *summa veste* accipiendum puto, ut Gen. 9), is aptus imperio judicandus foret; neque obsessis invidia, quae inter cognatos vigere solet: nemo enim *propheta acceptus est in patriâ suâ ut cognatione suâ*. Fratrem, inquit, quemcumque viderit (non dicit *nobilem*, non cujus progeniem ignoret, et regio genere natum suspicietur; sed vel *fratrem suum*, cognatum ex eadem familiâ et sanguine ortum, nam hunc vocat Hebraismus *fratrem domus*, seu *familiae patris sui*) pallio amictum, illum non precibus modò, sed quiddam vi ad capessendum imperium adiget atque compellet. Jam supra dixi quid sit *katsin* propriè supra cap. 1, 10, interpretatus sum, nempe *dux*, seu *capitaneus*; hinc pro *principè*. LABEFACTIO n. c. Verbum *baschal* propriè est *dejeci*, *delabi*, *impingere*, *illidere*, *offendere* ut *decidas*; hinc nomen *makeschelah*, *offensio*, *obstacleum*, *offendiculum*, *labefactio*, *casus*. Ait ergo in 1: In republica labefactio, seu *offensio*, seu *illisio* nostri curam gerens, subvenias nobis. Existimo autem propriè significare *illisio* nem seu *collisionem* in corpore quae medici sui *chirurgici* opera indigeat: hinc ad *republicam ejusmodi labefactionem* significandam transferretur *quae periti ducis operam desiderat*; ut quando sunt seditiones, tumultus in republicâ et vis, non autem jus regnat, laboraturque summa rerum inopia. Paucissimis itaque verbis et elegantè translatione summam republicae miseriam significavit. Quòd autem pauca illa verba hunc sensum habeant, sequens versus explicat.

VERS. 7. — RESPONDEBIT. Oblatum imperium non erit qui accipiat, quòd nemo sit qui sibi suae inopiae et imbecillitatis aut etiam indignitatis non sit conscius in tantâ rerum perturbatione et tantâ republicae tempestate. Inter cæteras acceptiones verbi *nasa*, de quo jam non semel dixi, haec una neque infrequens est, ut cum propriè *tollere* aut *elevare* significet, *levare nomen Dei*, vel *manum*, sit jurare, absolutè autem positum, ut hoc loco, et infra 42, 2, etiam sic accipiendum videtur. Vel certè tantum de *elevatione vocis* accipe, quòd alia voce, ut percipiat, dicit quae sequuntur. Neque malè verbo *suscipiendi* redderetur; quod quia est respondere, Vulg. sensum reddens, *respondedit* dixit. *Mancos*, *Kobes* verum, cujus hoc est participium, propriè *superaligare* significat. Vide supra 1, 6, ubi dixit *vulnera non fuisse compressa* neque *superaligata*, cum de hoc ipse republicae statu

ageret. Jurat ergo se non esse chirurgum: nam futurum illud *ceieb, ero*, sicut alia, Hebraeis frequentissimè pro presentì accipitur, ut cum in Exod. dicit Dominus: *Ego qui ero*, optimè Vulg. reddidit: *Sux qui sum*; neque unquam viris doctis hoc fuit dubium. Inquit ergo: *Non consuevi superalligare; nunquam chirurgus fui*. Respondet itaque eodem tropo; et quidem nomini *labefactio* respondet nomine *chirurgi*: illaque figurà sermonis ait, se reparare non posse labefactionem illam reipublice ac tanto numeri aptum se esse negat. Quod verò de *pallio* dixerant, quod pro argumento abundantiae rei familiaris usurpabant, dicit se domini non aliam *vestem*, neque *cibos habere*. Ut interim videant qui aliis praesse ambiunt, oportere eos imitari medicos et chirurgos, ut scilicet morbis et vulneribus animum et reipublice mederi sciant, domique habere non sibi solis necessaria, sed quibus aliis in tempore subvenire possint. A praesidentibus enim et praetis, velut à penù referentissimà, petere debent subditi omnia humanae vite subsidia, quo induti atque pasti integrèque valetudine Domino vivant. Quae autem iudicanda, et quis scit cibis atque integritas seu sanitas, pete à Paulo.

VERS. 8. — Quae sit illa *labefactio* seu *offensio* et *alio* cui desit chirurgus, jam manifestè aperit Isaias, eodemque verbò utitur cujus nomine usus fuerat vers. 6, *baschal*, q. d.: *Quid opus est figuris atque tropis? Jerusalem offendit, corruit, ruit alto à calcibus*. Est autem verbum ferè ejusdem significationis cum *naphal*, quod mox sequitur. Si causam requiris, pascis aperiã. Putarunt quòd hominem mortalem aliis similem lederent, neque sibi ab eo caverunt; at in petram longè durissimam offenderunt, superque eam ceciderunt, et collisi sunt, ut est in Evangelio, nempe ipsum *Jehovah*: cujus *splendidissimos oculos* et omni labe vacuos, quorum aspectus beatos reddidit, illos, inquam, oculos, quibus placere summa est beatitudo, sermonibus *studiosis* suis pessimis *laserant* et injurià affecerunt. Quoniam autem lassio oculorum ad iram inflammata, effectum pro causâ posuit Vulg. interpres. At verbum *marah*, ut supra 1, 20, jam indicavi, propriè in *pejus commutationem* significat, et tam de malo poenae quam culpa dicitur. Notus est etiam Hebraismus, *oculos gloriae* seu *splendoris*, id est, splendidos, gloriosos. Appositique epitheton, ut indignitatem exaggeraret: *oculi enim splendidissimi Domini indignum* est ut à quoquam *hedantur*. De verbo *habad*, à quo *habod, gloria, splendor*, etc., vide infra c. 9. Porrò cum posset dicere: *Filium Dei impiè interenerunt*, etc., tantum dixit: *Oculos Jehovah laserant*, quasi significet quòd, quocumque modo id fecissent, sufficeret hujusmodi temeritas ad quasvis poenae meritò luendas. Planus itaque erit sensus si sic interpretaris: *Concidi Jerusalem, quia sermones eorum et studia eorum erga Dominum, vel in Dominum, ejusmodi sunt ut afficiant oculos splendoris, etc.* Nam et *effere* pro *ludere* dixit alicubi Cicero.

VERS. 9. — *AGNITIO*. Hebr., *haccarath, apertio*, seu *denudatio*, seu *manifestatio*, id est, impudentia. Nam

quos facti pudet, faciem operunt; at impudentes canes faciem denudatam ostentant, quos *perfricta fronte* dicunt Latini, et *frontem perfricare*. Possimus quoque dicere quòd sicut apud Latinos *explicitio frontis* seu *esporrectio* hilaritatem securitatemque notat, cuius oppositum est *obducta frons* seu *corrugata*, ita etiam apud Hebraeos *apertio vultus*. Nam verbum *niecar* primae conjugationis vocis passivè significat *agnosci*; estque ejusdem significationis cum verbo *haccar*, quod *apparere, ostendere, exhibere se cognoscendum* significat, ut Job. 19. Est ergo *apertio vultus* signum securitatis, hilaritatis, quod in peccatore insipientia est. Haecque expositio sequentibus convenit. *Agnitio* autem *vultus* sic quoque potest accipi; neque ab hac expositione declines, sed phrasim observa, quam video plerosque parum attendisse. *RESPONDIT*. *Analys* verbo varias tribunt acceptiones Hebraei, quas in Lexicis poteris videre. Quanquam ego quidem nescio an aliquis eorum quos ego viderim assecutus fuerit propriam vim hujus verbi. Ego sanè putò esse de numero eorum quae contrarias habent acceptiones, nunc enim *respondere*, nunc *non respondere*, id est, non subvenire, destituere, seu etiam *neutraliter, destitutum esse miserum, incipere*, etc. Psal. 116: *Credidi, idè locutus sum; ego ope destitutus fui vultu*. Zach. 10: *Miseri effecti sunt, quia non erat pastor*. Infra, 25, etc. *Active*, Ruth. 1, et multis aliis locis. Hinc nomen de quo infra num. 14. Hic autem verbo *respondendi* non male vertitur. ERATUM VERB, UT SOROMITE, ANNUAVERINT. Publicè efflagitabant illi ut sibi traderentur juvenes quos domum Lothi ingressos viderant, ut eis abuterentur. Quid autem sit *agnitio* seu *manifestatio vultus* respondit eis, explicat: *Vae animae ipsorum* etc. Non dubium quin *nephech* interdum pro ipsa *animâ*, alterè scilicet parte hominis interdum pro toto composito usurpetur. Ceteras acceptiones aliis locis reservemus. Utrouque autem modo hic sumi potest: *Vae ipsis; o miseros, quòd sibi ipsi auctores tot tantorumque malorum fuerint*. Neque abs re erit si animarum perditionem defeat Propheta.

VERS. 10. — *DICITE JUSTO*, etc. Sensus reddidit Vulg. Et concisio illa non minimam emphasis habet. Cum ergo de subversione illius gentis ageret Propheta, et illos suae calamitatis sibi fuisse auctores significasset, noluit ut quisquam existimaret illa tantum ad Iudeos pertinere. Generale ergo documentum edidit, quòd altà mente reponendum esse suà illà brevitate significat; q. d.: *Dicite, o mortales, hoc exemplo, atque alieno periculo sapere. Hoc sentite, hoc predicatè, quòd justum esse sit bonum*, id est, amabile, volupè, jucundum, utile et gratum (nam hoc propriè *tot significat*). Quid enim jucundius quam frui suis laboribus? Nam viri justi studia atque labores sancti sunt et pietate pleni. Justus enim ille est qui justa justè agit. Bonorum autem laborum gloriosus est fructus. Nonne vides gloriam aeternam et animum illum felicem juvenitatem hic, sicut aliis infinitis locis, *fructum* dici bonorum operum ac studiorum nostrorum, quae proficiscuntur quidem ex nobis, sed non ita

quasi ex nobis, sed potius ex Deo seu gratià Dei? Quis autem neget in radice arboris virtutem esse ad producendos fructus? aut secundum virtutem ita quoque et fructus produci? cum Christus dicat in Evangelio Joannis: *Omnen palmitem in me non ferentem fructum tollet eum; et: Qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat; et: Qui manet in me, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere*. Non ergo debent qui opera nostra nihil aliud esse volunt quam signa fidei. Neque mihi hoc loco confugiant, ut *studia* et *manus* fidem esse dicant; hoc enim desipere et ineptire est.

VERS. 11. — *VE IMPRO*. Particula *quòd* hic ex superiori versu repetenda est ad hunc modum: *Vae improbo, quòd malum sit, videlicet improbum esse*. Opponitur autem *tradix rascha* sicut *tob ra*, estque à verbo quòd propriè *improbrè et seditiosè agere contra Deum* significat. Vir quidam doctus *ra* hic adjectivè accipit, *rascha* autem substantivè, in hunc modum: *Vae improbo malo*. Sed aptius mihi visum est ut haec superioris versu verbis respondeant. *Vulgatus*, quem ferè omnes sequuntur, *impium* reddere solet: ego ubique *improbum* dixi. Quae autem superiore versu *studia, malelim*, dixi, hic *iadaim, manus*; improbi enim manibus suis sibi mortem et perditionem acquirunt. Malui quoque *dicare faciem sibi, reddet, quàm fiet ipsi*, ut hoc ipsum significarem, quòd scilicet sicut pii sibi *fructus* parant quos *comedant*, sic improbi sibi *laborem* rependant, imò illi Deus fructum dat pro laboribus; at Deus mortem non *fecit*.

VERS. 12. — *EXACTORES*. De verbo *nagas* à quo hoc nomen, vide supra vers. 5. *Exactores* autem vocat principes, magistratus, pontifices atque doctores, quòd non ut sancti pontifices et prophetae ad salutem populi munus suum obibant, sed veluti tyranni crudelisque exactores, qui in suam utilitatem et privata commoda omnia corrodant. Hos dicit esse *meole*, de qua verum non sibi constanti interpretes, non Latini modo, vocem etiam Hebraei. Et sunt qui putant esse à verbo *ui*, quòd in secundà conjugatione significat *injustè, seu injurià agere, defraudare, dehonestare, incommodare*, etc. Quòd autem nos dicimus *facere racemationem*, id est, collectionem racemorum qui à vindemiatoribus sunt praeferiti, id est, ultimos racemos in vineâ succedere, id Hebraei hoc verbo secundae conjugationis efferunt, q. d., defraudare contra legem à Deo datam pauperes, et egenos suo jure privare. Isti ergo sentiunt esse participium ab hoc verbo, et hunc habere sensum: *Populi mei exactores sunt racematores*, qui scilicet contra jus pauperi sua auferunt, spoliant populum usque ad ultimum quadrantem, per fas et nefas populi bona diripiunt. Quemadmodum enim paulò antè non *olelim* sed *thaalulim* dixit Propheta, ita etiam hic eodem verbo translato usus est, ut vehementer et graviter imposturas et avaritiam magistratum sui temporis perstringeret, qui etiam ultimos racemos pauperibus eriperent. Atque hunc propè sensum *Vulgatus* secutus est. Possimus quoque dicere esse à verbo geminate secundam, *alal*

esse autem participium secundae conjugationis, quòd formà interdum convenit cum quiescentibus in medià vau, ut à verbo *konen mekonen, benignè agere*, Prov. 14, et alia hujus generis; aut esse nomen participiale, et ejusdem esse significationis cum *olel*, de quo supra vers. 4. Est ergo *meolel, puer, vel puerilis, vel puerilitas*. Augetque statim illius miseriam, quòd puerilibus studiis delitit et ad nullas res serias tractandas apti essent, ac proinde non jam rector et magistratus, sed potius tyranni, exactores, *populique expulatores* dici mererentur. Quos altero mox membro mulieres appellat, ut mores eorum muliebres modestè notaret atque ostenderet. Putoque idem hic dici quòd supra vers. 4, repeti autem ut in ipsos magistratus jam invehitur. Supra quidem id non fecerat digressus paululum à populi calamitatem describendam; at nunc ad magistratus redit, quos feminis similiores quam viri dicit, nimirum quae stultitiam deditos. Erant ergo avari et voluptuarii, parumque humani et misericordes, ut mox ostendit. Interim tamen ad populum sermonem convertit, ne, cum tales habeant magistratus, audiant illos qui vel in gratiam principum, vel populi, vel potius quia ad rem tantum tantum attenti erant, non cessant turpis lucri causâ ipsos laudare, quòd esset illi populus Dei peculiaris et quasi primogenitus, quòd soli Deum verè agnoscerent et colerent, ac proinde nihil sibi timendum esse; nec enim posse fieri ut Deus pro sua infinità justitià et bonitate unquam abjiceret populum suum dilectum atque electum ex omnibus, atque fidelem, etc. *Mi popule*, hujusmodi homines, quicumque illi sint, quocumque nomine, vel *Pharisaeorum*, vel *Prophetarum*, insignes, te, dum sic laudant, seducunt; vel potius, dum te sic laudabant, seducebant; viamque, quòd eundem tibi erat, praecipitabant, absorbentem, ne appareret *semita*; auferentem clavem scientiae, pro praecipitis Dei ingerebant somnia sua ad quaestum composita. Hic locus nos monet ne populus sibi unquam placeat, nec sibi multa et magna de divinà bonitate, quae est infinita, pollicetur, etiamsi id affirmant viri graves et docti, si principes habet quales hic depingit Propheta; imò id pro evidenti irae Dei signo habeat. Ob peccata enim populi permittit Deus tales eos habere dominos. Scio quidem nonnullis hic et cap. 9, *meushcherim* non pro *laudatoribus aut beatorum praedicatoribus*, sed pro *receptoribus seu directoribus* accipere; neque absque ratione; nam verbum propriè significat *recto pede incedere, rectà ingredi, dirigere gressum*. Sed interpretatio superior magis placeat: de hoc tamen infra, cap. 9, nonnihil dicendum erit; est enim similis huic locus; sed jam in ipsos magistratus invehitur.

VERS. 13. — *STAT AD JUDICANDUM*, etc. Haec subita sermonis conversio indignitatem rei ostendit, q. d.: *Hæc quae commemorò, nequit fieri ut ditatis Deus Opt. Max. toleret: video illum jamjam accelerare iudicium, etc.* Quare ut sensus esset planior, ad verbum dixi: *Stat ad litigandum, venit in iudicium cum scripturis*, etc.

Vers. 14. — **CUM SENIBUS.** *Zekenim* plerumque in Scripturâ sunt *consilarii in aulis regum*; at in civitatibus sive regionibus sive populo, ipsi *magistratus*, qui prudentiâ et consiliis respublicas gubernant. Et in statu regiminis et aliorum semper hoc nomen de illis dicitur, *qui alios antecedunt dignitate et sunt in magistratu*. Cùm dixisset *Dominus populos iudicare* velle, mox ad eos qui in populos principes sunt sermonem convertit, quòd ab ipsis pendeat res ferè tota. Emphasis habet tam conjunctio quàm pronomen, et res. Hocine est quod à vobis prestari debebat? ut scilicet *deparceremini vineam*? Nonne hoc brutorum est? *Qui plantet vineam, de fructu ejus comedat*: idem faciat qui custodit, idem colonus. At nonne vobis tradidit Deus vineam custodiendam, fodiendam? quid aliud est *principem esse populi, aut seniores*? Hoc profectò est quod in Evangelio dicebant: *Nostra erit hereditas, nostra in omnes usus, ut evellamus, eradicemus, depascamur*, et quod libuerit in eâ faciamus. Quid autem sit *depasci vineam* mox aperit: *Rapini oppressi, etc.* Malui verò cum Vulgata dicere *depasci estis* quàm *succendistis*; nam, etsi *baar* in secundâ propriè *succendere* significat seu *accendere*, transferitur tamen etiam ad alia, et significat *depascere*, ut Exod. 22: *Emiserit pennis, ut depascat agrum alienius*, etc. An verò quod Vulg. nunc *pauperem*; nunc *humilem* vertit, propriè est *oppressus, humiliatus, afflictus*; inde dictus, ut ergo quidem sentio, quia nemo ei respondet re ipsa et facto, id est, opem non fert, vel non subvenit, quantumvis clamanti aut conquerenti; à verbo *anah*, quod contrarias habere significationes diximus supra, vers. 9, et infra, 25.

Vers. 15. — **QUAKE.** Hebr. *malakem pro ma lakem, quid vobis*, sicut *mareh pro ma zeh*, Exod. 4, *quid est*, etc.: *Quid vobis*, inquit, *est quod contanditis*, etc. *Depascitis vineam dixi*, quia et fructus aufertis et vites arroditis. *Vinea, populus meus* est; *pauperum bona in domibus vestris* sunt; ecce ablatos fructus. *Contanditis ipsos, et facies eorum pugnis et alapis commolitis* seu *attematis*, id est, omne genus injuriis afflictis: annon hoc est *vineam brutorum more depascere*? *Quid vobis?* quæ est hæc inhumanitas? Nam rapere bona fuerit avaritie atque cupiditatis, ad quam naturâ ipsa post lapsum propensissimus; et pugnòs *facies oppressorum* et *pauperum contendere*, humanitatem prorsus exuisse est. Quod autem sequitur, *certus sermo*, etc., licet ad præcedentia referri possit, ego tamen præfatum tunc tamen dicendum esse existimo, de quâ loquendi formâ vide supra, 1, 24.

Vers. 16. — **FILLE SION.** Non dubito quin intelligat hic eas feminas quas paulò ante *dominari in populo* dixerat, principes scilicet et magistratus, more feminarum, deliciis deditos. Sunt hæc omnia figuratè accipienda, neque opus fuerit singula interpretari; sed omnibus illis nominibus quæ ad mundum muliebrem pertinent, effeminatos animos atque mores designat. Quòd si quis dixerit, supra quoque de ipsis feminis debere intelligi quòd auctoritatem habuerint in viros, quasi taxaret quòd uxoris essent et ipsi pa-

renter, dicat hæc quoque ad ipsas feminas pertinere. Cæterùm cùm hic sint multæ voces quarum rarus est in Scripturis usus, earum proprias significationes etymologis indagare volui, ne quid studioso lectori deesset; præsertim cùm nihil non sit in S. Scripturis magnificandum. **COLLO.** Hebraicè *guttur* dicitur *garon*, ab *attrahendo*, scilicet spiritum: nam verbum *garah*, *trahere* seu *attrahere* legitur. Verbum autem *taphaph*, quod hic in infinitivo legitur, neque alibi in Bibliis invenitur, Chaldeus (ad quem in similibus difficultatibus recurrendum est) sic veritè, *cum applausu suo ambulabant*; atque in hoc convenit inter interpretes, quòd *gestum* significet *corporis multiterum festivè incedentium*. Videturque affinitatem habere cum verbo *taphaph*, quod *pulsare*, id est, plaudere, significat, et videtur satis commodè redditum verbo *plaudendi*, quod fit pedum seu (quod magis probò) longioris vestitus in terram festivè, eleganti et blandâ suppositione. Vel est sermo de sonitu quem excitant vestes pretiosæ ex serico: Unde nos *Taphethath*, à sono. Et congruit vox Hebræa cum sono *taphoph*. **COMPOSITO GRADU INCEDEBANT.** De voce *theacsenah* magna est sententiarum varietas, ut solet esse de vocibus quæ tantum semel aut rarò in Scripturis reperiuntur. Et mihi probabile est quod vir doctus quidam annotatum reliquit. Quòd nomen *ekes*, *compedem* seu *vinculum* significet, ut Prov. 7 manifestum est, à verbo *kaas* (factâ litterarum transpositione; quæ non infrequens est Hebræis), quòd molestiam avertit: et in plurali *akesim*, *compedes*. Unde à similitudine, vel ab eo quòd animos videntium irretiebant, id est, valdè alliciebant, ornatus quilibet mulierum sic dictus est: Erant enim illecebæ et irritamenta libidinis. Unde infra, *in die illo auferet Dominus ornamentum competum*, in calcamentis scilicet, etc. Hinc verbum secundæ conjugationis quòd Isaias hoc loco utitur, quod est *ornare pedes ejusmodi corrigis*, seu *laqueolis*. Neque Chaldeus multùm ab hæc sententiâ distat, nec etiam Vulg. interpres. Hæc quoque notes velim quòd affixum hoc loco sit masculinum, in *pedibus eorum*; ut videas interpretationem illam esse solidam quâ dicebam hæc ad viros effeminatos pertinere.

Vers. 17. — **DECALVABIT, etc.** Dicere possumus *humiliabit*, id est, deprimet, cum Chaldeo. Ab hoc enim verbo *sipphas* deducitur nomen Hebræis frequens *siphecah* quod *ancillam* seu *famulam* significat. Et rectè opponitur pœna culpe: *erectè enim cervicè et extento guttore incedebat*. *Codecod* omnes verticem capitis dicunt, à verbo *cadad*, quod *inclinare* significat; est autem posterior pars capitis: interdum tamen pro toto capite, **CRISEM.** Non etiam sibi constant interpretes in voce *photh*; est autem Chald. *angulus*, vel pro *corymbis capillorum* accipitur. *Demundandam* itaque puto notari *eam partem capitis quæ in frontem desinit, et detondendos eos capillos qui supra frontem sunt*, quorum magna est cura feminis, estque summa ignominia ipsis nudari.

Vers. 18. — **CALCAMENTORUM.** Vide supra v. 16. **Schebisim** Hebræis genus est ornamentis habens ap-

pellationem à *circulatione* vel *circumitione*: *ratulas* dicere possumus, seu *circulos*. Vulg. *lunas dixit*. *Saaronim* quoque sunt *bulle in modum lunæ rotundæ*, quæ adhibebantur ornatis causâ. Et quidem *sihara* Chaldei *luna* dicitur à *rotunditate*, et *sahar rotunditas* est Hebræis, Cant. 7. Possimus autem hæc nomina in accusativo aut in genitivo vertere. Vulg. *torques* vertit.

Vers. 19. — **MOXILLA.** A verbo *nataph*, quod propriè est *guttavit* seu *stillavit*, est nomen *nataph*, id est, *gutta*, scilicet *balsami*. Indè *netiphoth*, *ornamenta*, et *casula aurea* quibus continebatur *gutta*, q. d., *guttatoria*, *stillatoria*. Legiturque tantum Jud. 8, et hic. **ARMILLAS.** *Schorer* nomen ille est concatenatus qui in medio ventris conspicitur, quem *umbilicam* dicunt; *scheroth* verò sunt *catenule*. **MITRAS, raal** est *tiemur*, ut Zach. 12. Pluraliter autem significat ornamentum mulierum, à *tremore* dicitur. Vulg. *mitras* dixit.

Vers. 20. — **DISCRIMINALIA.** Vulg. nomen Hebræum, quod *ornatum* in genere notat, pro peculiari aliquo ornamento accepit. Quos verò *periscelides* dixit, Hebræi *tsedim* appellant, à verbo *tsaad*, quod *incedere* cum pompâ significat; ab eo enim fit nomen *tsedah*, quod *motum*, *commotionem*, *agitationem* significat; in plurali autem sumitur pro *ornamento erarium*, seu *circumferentia in parte inferiore vestis circa crura*. Septuaginta *περικεφαλαίαι*, id est, *clavatas vestes ex purpureis fimbriis factas*, reddiderunt. Rectius Hieron. Græcâ etiam voce *περικεφαλαίαι* appellavit. Ad à verbo *kaschar* est nomen plurale *kischorim*, id est, *tenes strictiores*, quibus virgines sese ornant. *Domas animæ* seu *fragrantie* vocat Hebræismus capsulas suaviter spirantes, in quibus bene spirantia inclusa erant. Solent autem nobiles et delicate mulieres inter ornamenta habere quædam minutula vascula aurea, quæ secum deferunt inter ubera pendentia, quæ odoriferis rebus impleunt. Rectè Vulg. *olfactoriola*. Fortè non tam est genus ornamentum quàm quibus inter orandum se utuntur. **INADRES.** Vers. 5 dixi de singulari hujus nominis, scilicet *lacasch*, quòd *incantationem* seu *oratoriam* significaret; at hic in plurali *aurium* ornamenta notat, quòd significare voluerunt oratoriam ad aures permulcendas accommodatam esse; vel quòd mulieres illis contra imprecationum ac incantationum præstigia aures præmunierint, deinde etiam ornarint.

Vers. 21. — **ANNULI** dicuntur Hebræis *tabbooth*, quòd in illos immergatur res aliqua. **GEMMAS** IN FRONTE PENDENTES. Nomen *nerem*, quod *monile* interpretatur, puto cum præceptore meo à *zanah* deductum, factâ duarum priorum litterarum transpositione, et additâ litterâ mem. Et generaliter significat ornamentum quod publicè vel in fronte vel in naribus vel in auribus prostuitur causâ quærendæ sibi bonæ gratiæ.

Vers. 22. — **MUTATORIA.** A verbo *calats*, quod *destrahere* seu *extrahere* significat, fit nomen *macalatsith*, id est, *vestes extractæ et pretiosæ*, seu *festivæ*, et *delecta à communi et vulgari usu*, ut sunt Latinis *pallidamenta*, Zach. 5. **PALLIOLA.** Ad operiendo dicuntur Hebræis, q. d., *opercula*. **LINTEAMINA.** Nominè *tophæa*,

id est, *palma*, fit verbum *tiphphah*, *palmâ planavit*, *explanavit*, *distendit*, etc.; hinc nomen *mitephphacah*, *linteram seu velamen*, velum *explanatum et extensum*, quò mulieres caput velant et ornant: *peplum* dicitur Latinis. **ACUS.** *Kereh*, *stylus* est Hebræis, cujus hic plurale: quod quale ornamentum fuerit, ignoramus. Fortè pro instrumentis illis accipitur quibus mulieres utuntur ad discriminandos, concinuos vel etiam crispandos crines, quæ *calamistros* vocant Latini.

Vers. 25. — **SPECTULA.** Hebr. *gelmim*, à verbo quod (ni fallor) *apparere*, et contrariâ significatione *disparere*, significat, *gahah* juxta variam constructionem. Ab utraque significatione congruit derivatio nominis *speculi*. Nomen autem *sindon* à voce Hebræâ pennis appellat, **SEMINIUM.** At *daris* seu *tiara* pileolum erat rotundum, non acuminatum, quò reges, sacerdotes et iudices sunt usi et insigniti in capite; cujusmodi et mulieres interdum utuntur. *Vittas* dixit Vulgatus. **VELAMINA.** Vel *theristra*. *Reddim* Hebræis est à verbo *radad*, quod actionem superioris in inferiorum rem aut personam significat. *Velamen* ergo Hebræis, quò mulieres utebantur in signum quòd subjectæ essent viris, sic dicebatur: unde intelligere poteris quare Paulus 1 Cor. 11 velamen *ἑστῶσαν* appellavit; quam vocem omnes per velamen reddiderunt; at rationem plurimi ignorant. Per antiphrasin ergo signum subjectæ potestatem vocabant. Cùm autem, ut dixi, sermo hic sit de viris effeminatis potius quàm de ipsis feminis, aptè et festivè inter mulieribus ornamenta *cidarim* et *potestatem* in fide nominavit.

Vers. 24. — **PRO SUAVI ODORE.** Seu pro ornamentis. *Bosem*, odor *pretiosus* est mulieris, Græcis *ἄρωμα*, Chald. *bosmah*; item species *odorifera et pretiosa*, *satione et curâ hominum in hortis crevens*, cujus usus vel per se simpliciter, vel in cibis condiendis, vel medicaminibus gratus et salutaris est. **FORON.** *Macæc* verbum, quod tantùm in passivâ legitur, propriè significat *fatescere* seu *contabescere*, atque per metalepsin *fatere, fatidam feri*; quod illa quæ corrumperuntur fiant tandem *fatida*. Hinc nomen *mac*, *factor*, seu *patredo fatida*.

PRO ZONA. Hebr. *cagorah* propriè est *baltem* vel *cingulum*, quò donabantur vel qui idonei essent ad bella gerenda vel præclara in bello gesserant facinora, 2 Sam. 18. Ego tamen malim hic accipere simpliciter pro *chictura*, ut opponitur *scissuræ* illi quæ in luctu erat familiaris Judeis. **PRO CRISPANTE CRINE.** Vel pro *crispitudine*, seu *facturâ crispitiei*. Paulo superius dixi esse quædam instrumenta stylo similia quibus in crispandis crinibus utuntur feminæ. De hæc ergo crispitudine factâ curâ et diligentia ad venustatem est sermo, et eam *calcitio* pensandam dicit. Differt autem *coreach*, *calcitium*, à *caracath*, *calcitie*, quod hoc de calvitie naturali vel fortuitâ dicitur, ut ex morbo, etc.; at illud de calvitio facta manu vel forcipè, etc., quod erit indicium et signum luctus. **FASCIA PECTORALI.** Vox Hebræa *phethigil* quid propriè significet incertum est, neque alibi quàm hoc loco legitur. Kimhi in libro Radicum sentit esse *genus vestis quâ usæ sunt matronæ superiè ad decorem*; et tamen hoc loco *cingulum* esse

scribit *subtile ex serico*. Alii aliud. Hieron. *fasciam pectoralem* dicit. Ego, si divinare liceret, dicerem ex *phethil* esse factum, quod *fasciam* significat ex *multiplacibus filis contextam*; quae Latinis vocatur *latus clavus*, ut contrarium sit *cincturae sacci*, id est, villi alicui cingulo seu cinctorio. factatur enim proverbialiter formâ *cinctorium sacci*. Vel est dictio composita ex nomine praedicto et ex verbo duplicato *gilegil*, quod *volere* significat q. d., *circumvolens fascia*, ut optimè reddi-tum sit ab Hieronymo *fasciâ pectorali*, quam Latini *strophium* dicunt. Hanc enim virgines non semel ad ubera circumvolvunt ac circumcingunt, quae est ex delicatâ materiâ, lino vel serico, opponiturque *citicio*. PELCERRIMI VIRI. Duas voces *ki kathac* non videtur exemplar Hieronymi habuisse, neque distinctiones quibus nunc in Bibliis utimur: nam nomen *iophi*, quae est ultima vox versûs 24 Hieronymus cum versu sequenti conjunxit: *Pelcerrimi viri tui*, etc.; eas tamen si legamus ut omnia exemplaria habent, rectè vertas, *ustio pro forositate*: nam *ki* potest esse à verbo *kuah*, quod *adurere* significat.

VERS. 25. — VIRI TUI. Sicut Latini à conditione suâ homines vocant *mortales*, ita Hebraei eadem ratione vocant *methim*; nisi quod Hebraeis (quantum ex S. literis deprehenditur) paulò arcitius hoc vocabulo utuntur pro viris seu homicibus seu mortalibus ejusdem *amitae*, *tribus*, *sortis*, *societatis*, seu *civitatis* et *reipublicae*. ET FORTES TUI. Hebraeis est nomen in abstracto, ut *od potentiam* dicere possumus, et *rectè* Vulg. vertit, id est, *qui in te aliis praevalent*, seu *viri fortes*, et bello rebusque aliis gerendis apti. Verbum enim *gabar* est *praevaluit*, *superior fuit*, etc. Quod si tollas distinctionem, hunc sensum habere possunt haec verba: *Induemini sacco*, et *scindetis indumenta vestra pro luctu*, etc., *quia pro venustate (vel propter venustatem)*, cui scilicet tantoperè studebat ut viris placeretis et gratiam eorum aucuparemini) ipsi

CAPUT IV.

1. Et apprehendent septem mulieres virum unum in die illâ, dicentes: Panem nostrum comedemus, et vestimentis nostris operiemur: tantummodò invocetur, nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum.
2. In die illâ, erit germen Domini in magnificentiâ et gloriâ, et fructus terre sublimis, et exultatio his qui salvati fuerint de Israel.
3. Et erit, omnis qui relictus fuerit in Sion, et residuus in Jerusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vitâ in Jerusalem.
4. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, et sanguinem Jerusalem lavaverit de medio ejus, in spiritu iudicii et spiritu ardoris.
5. Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion, et ubi invocatus est, nubem per diem, et fumum et splendorem ignis flammantis in nocte; super omnem enim gloriam protectio.
6. Et tabernaculum erit in umbraculo diei ab aëtu, et in securitatem et absconsionem à turbine et pluvîâ.

viri tui cadent gladio, et praevalidi tui in bello. O Sion, ita occisis viris, quid erit ab hoste feminis expectandum? quis erit civitatis status? qua forma? *Portae civitatis* (1), propugnacula, loca, publica, in quibus solebant esse hominum concursus, videbuntur *lugere*; et ipsa Sion, totaque civitas, veluti matrona orbata liberis, *marore confecta, humi sedebit*. Et quidem si de mulieribus ipsis intelliguntur quae processerunt, quae in viros auctoritatem usurpabant, etc., ut supra jam dixi, non erit interpretatio hâc contemnenda. Quod si viris (quod magis probò) fiat sermo, illud *ki* non tam rationis quàm continuationis, et quasi expositiva particula fuerit, ut solet saepe, in hunc modum: Haec quae commemoravi adversus viros, adversus nobiles et magistratus tuos, ô Sion, luxui et deliciis deditos sub feminarum nomine, non aliter accipias quàm quod pro venustate illâ formæ, vel propter ipsam formæ elegantiam, qui tantoperè dediti ac devincti sunt, ut similiores sint feminis quàm viris; propter hoc, inquam, illi ipsi viri tui gladio cadent. Nihil enim magis horrent effeminati animi quàm mortem gladii; et nobiles illi tui principes ac duces, qui, cum deberent alios virtute antecellere, formæ venustate aliis tantum præstant, in prælio corruunt; in luctu itaque civibus viduata deges. Et hunc sensum lectio Vulg. admittit. Nam quamvis non sit insolita formatio Hebraeis ut *ki à kuah* derivetur et *adustionem* significet, nullibi tamen in totâ Scripturâ in hac significatione, nisi hoc loco, invenitur. Ego certè, si pro *adustione* non acciperem, postremam, quam attuli, expositionem liberè amplecterer.

(1) ET MOEREBUNT ATQUE LUGERENT FORTE ERES, id est, luctu; mutatio personæ. Scilicet, portæ civitatis dicitur lugere quando pauci sunt qui ingrediantur, et egrediantur, ut Threnorum, 1, 4: *Via Sion lugent, eo quod non sunt qui veniant ad solemnitates*. ET RESOLATA IN TERRA SEDEBIT, id est, habitatoribus vacuata solo æquabitur. (Maldonatus.)

CHAPITRE IV.

1. En ce temps-là, sept femmes prendront un homme, et elles lui diront: Nous nous nourrirons nous-mêmes, et nous nous entretiendrons nous-mêmes d'habits; agréez seulement que nous portions votre nom, et déliez-vous de notre opprobre.
2. En ce temps-là, le germe du Seigneur sera dans la magnificence et dans la gloire; le fruit de la terre sera élevé, et ceux d'Israël qui auront été sauvés seront comblés de joie.
3. Alors tous ceux qui seront restés dans Sion, et qui seront demeurés dans Jérusalem, seront appelés saints; tous ceux qui auront été écrits en Jerusalem au rang de ceux auxquels Dieu veut conserver la vie;
4. Après que le Seigneur aura purifié les souillures des filles de Sion, et qu'il aura lavé Jérusalem du sang qui est au milieu d'elle, par un esprit de justice et par un esprit d'ardeur.
5. Et le Seigneur fera maître sur toute la montagne de Sion, et au lieu où il aura été invoqué, une nuee obscure pendant le jour, et l'éclat d'une flamme ardente pendant la nuit; car il protégera de toutes parts le lieu de sa gloire.
6. Son tabernacle défendra par son ombre contre la chaleur pendant le jour, et il sera une retraite assurée pour mettre à couvert des tempêtes et de la pluie.

COMMENTARIUM.

Ultimis verbis tertiæ capituli connectunt Hebræi primum versum capituli sequentis, neque incongruenter. Significant enim illa verba maximam virorum inopiam. Sed Hieronymus mysterium subolfecit; nam si paulò superius dicebant homines cuius amico pallio ut ipsi imperaret, suspicati nimirum quod cibos domi haberet, etc., unde nunc istis feminis panis et indumentum? aut unde sperarent operâ et industriâ suâ posse se victum et vestitura querere? Liceat ergo viris christianis non adeò addictis esse Rabbiorum traditionibus et distinctionibus (quas saepe in odium Christi excogitarunt) ut non interdum hæc in re libertatem amplectantur propter gloriam Christi, præsertim duce tanto viro, et Hebraicis haud inerdito. Non tamen hic de vocatione natione agi existimo, sed (si mysterium latet) de Judæorum conversione; qui dum patriam vastatam viderent, suo jam malo edocti, intellexerunt tum ob incredulitatem suam, tum etiam quod hæredem vineæ occidissent, illa se mala perpassos; illi, inquam, dolentes ob opprobrium quo sese obrutos gentemque suam videbant quod Dominum suum occidissent, ad Dominum reversi et Religionem christianam amplectati, penitentiamque agentes, Christiani dici voluit, ut non de numero decidaram sint, neque esse opprobrium infidelitatis attingat. Non video cur hæc vir christianus despiciat, præsertim cum quæ sequuntur (nisi infidelitatis ipse notâ iniuri velis) de illis temporibus intelligenda sint quibus, Judæa maius gentium traditâ, Ecclesia Christi ex reliquis Judæorum collecta maxime floruit. Sed jam verba pensitemus.

VERS. 1. — APPREHENDENT. *Apprehendent* verbum carak emphaticum est, et quando activum est, et casum regit, cum beth vel absque eo, propriè significat Hebræis *firmiter et fortiter apprehendere cum quâdam comprehensione, quemadmodum apprehendere, vel potius retinere, fugientem solemus*. Quo fortasse verbo usus est Paulus ad Hebræos quando ait quod Dominus semen Abraham apprehendit. Quando verò est absolute passivum, est seipsum firmare, ut *qui corpus aut corporis nervos et membra constringit ac etiam spiritus retentione confirmat, ut firmior et compactor esse possit*, etc. SEPTEM. Numerus certus pro incerto, et Hebraeis *scheba*, multitudinem seu copiam designat. INVOCAT, etc. (1). Hebraismus satis notus est, vocari nomen alicujus super aliquâ personâ aut re, pro sortiri nomen seu appellationem ab aliquo. Deut. 28:

(1) INVOCETUR SUPER NOS NOMEN TUUM. Sensus est: Cognominetur à te. E. g., Rebecca cognominatur ab Isaac, cum dicimus Rebecca Isaac, quæ cognominatio eam distinguit ab aliis, plures enim esse possunt. Sic Bethsabea cognominatur ab Uriâ, cum legimus: Bethsabea Uriæ, subintelligitur enim uxor. Quale illud Marcia, apud Luc. lib. 2, 542:

Da tantum nomen inane Conubi: liceat tumulo scripsisse: Catonis Marcia. ALTER MODÒ OPPROBRIUM NOSTRUM. Summum enim opprobrium feminis est apud Orientis populos, in-nuptas et steriles manere. (Rosenmüller.)

*Videbunt quod nomen Jehova vocatum est super te, quod scilicet populus Jehova dicaris, et sis. Jer. 7: Statis in domo super quam vocatum est nomen meum, id est, quæ dicitur Jomus Dei. Gen. 48: Imvocetur super eos nomen meum, id est, Manasse et Ephraim dicantur mei filii, etc. Vocetur super nos nomen tuum, id est, dicamur de nomine tuo, uxores tue, et Christiani à Christo. AUFER. Hebr., collige; ut Latinis verbum colligo interdum in unum redigere, interdum etiam carpitim auferre significat, ita Hebræis verbum *asaph*: hic autem pro auferre, ut non rectè hoc loco mihi quidam philosophari videatur, et metalepsim esse dicat. Quia enim, inquit, quia alio se confort, sarcinas colligit, fit ut priore utantur pro posteriore. Putaque in nomine Josera esse allusionem ad utramque significationem verbi; cum tamen hoc nomen à verbo *isaph* derivetur, id est, addit. Dixit enim mater: *Addat mihi Dominus adhuc aliam*; non enim illo uno erat contenta. OPPROBRIUM. Hebræa vox *kerephah*, sicut et verbum *karaph*, non solum dicitur de probo seu concivio, sed etiam de deformatione seu defforatione, sive de vastatione et corruptione, quæ fit vel gladio vel fame aut aliis calamitatibus, ut Jer. 5, et Ezech. 36, etc. Vide interim quanti faciendum sit vocari de nomine Domini. Qui verè ipsius sunt, omni opprobrio et fœditate carent, nihilque non æquo animo ferunt, et omnia detrimenta pro luero ducunt, modò Christum lucrificiant: illum querunt, illum sequuntur, non propter cibum qui perit, sed propter eum qui permanet in vitam æternam. Tu ergo, Christiane, si Judæum videris qui Christo nomen dederit, ne eum opprobrio dignum censeas quod Judæus sit, sed honore dignissimum quod Christianus; abstulit enim illi Christum, cuius nomen invocatum est super ipsum, opprobrium quo premebatur.*

VERS. 2. — IN DIE ILLA ERIT GERMEN DOMINI, etc. (1).

(1) ERIT GERMEN JOVA, quo quid sit intelligendum, dissentiant interpretes. Septuaginta et Syrus non intelligunt de germenis propullulatione, sed de solis ortu, sub cuius imagine felicem populi Israelitici statum, à Jovâ ei parandum, expressum fortasse existimant; vertunt enim: *Erit ortus Domini*. Malè: nam *temnac* semper de plantarum germenis usurpatur. Grotio *germen Domini* primo sensu sunt reliquæ exsulum, quæ Esræ ac Nehemias temporibus donum reversæ, laudabilem vitam duxerunt, mysticè vero Christus et Christiani. Novos terræ Judæicæ incolas post exilium Babylonicum intelligit quoque Vogelius. Verum *germen Jovæ* hoc ipso versu manifestè distinguitur à reliquiis populi Israelitici, quod quidem negat Gesenius, qui illorum interpretum sententiæ accedit. Nobis tamen verba Hebræa tam clarè dicere videntur, futurum esse, ut *germen Jovæ* gloria et decori sit reliquis Israelitarum, ut vix quidquam planis esse possit. Nequit igitur *Israelitarum residuum* idem quod *germen Jovæ* esse. Alii ditiones in hoc versu poetice propriè sumunt, de felicitate provento, quod Deus reliquis Israelis post mala temporum superiorum sit beatus, huic verò interpretationi obstat totius orationis magnificentia. Nec magis probandi, qui hunc locum interpretantur de Hiskia et sapientibus viris, qui cum eo superfluituri essent cladibus, quibus republica sub Achaso afflicta erat. Loca verò, tum Zacharie, 3, 8, et 6, 12, quam Jeremia, 25, 5, 35, 13, dubitare